

IVRIS
ALLEGATIO
PRO OMNIMODA
SOCIETATIS IESV,

ac Regularium ab Ordinarij Hispalensis
iurisdictione, libertate, & exemp-
tione asserenda.



Ex lib. Sanctij Hurtado de la Puente viri in con. Hisp.
Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in
æquitate pro mansuetis terræ. *Isaie. 11.*

EN SEVILLA.

Por Clemente Hidalgo. 1605.





STATVS CONTROVERSIÆ.



DOCTOR Hieronymus de Leyva Canonicus, & Iudex, Officialis, & Vicarius Generalis Hispalensis in Vulgus emisit quædam Iuris, & facti fundamenta in favorem iurisdictionis Ordinariæ adversus Societatis I E S V, & Regularium exemptionem; Cùm enim in quadam civili causa domum probationis Societatis I E S V. in ius vocasset, illa que fori opposuisset exceptionem tamquam notoriam, & D. Licentiatum Petrum de Villa Gomez Canonicum Doctorem, & Iudicem Synodalem Hispalensem assumpsisset Conservatorem, & Iudicem Ordinarium, iuxta Pij V. & Gregorij XIII. literas, & is D. Doctoris Leyvæ iurisdictionem inhibuisset; ipse ex opposito restitit, & per censuras Ordinarius adversus Iudicem egit Apostolicum; qui vel Ordinarij veritus potentiam, vel offensionem, aut alia motus causa, ut infra proprio loco dicemus, iurisdictione se abdicavit.

Domus verò probationis controversiam cū parte composuit, ut sine iudice lis fuerit finita. Postea autem

non ambigimus illius intentionem, rectam & iustam
 fuisse, & ex iustitiæ zelo proveniente; factum verò
 ipsum, & quod ex eo dimanavit, non æquè intentioni
 convenire. Nec mirum, id enim usu venire consuevit
 eis, qui tritam relinquentes viam, novam investigant.
 Vnū illi Regulares debemus omnes, quod nos excita-
 rit, ut aliquando nostra defenderemus, & propug-
 naremus privilegia; & ne per socordiam, & negligen-
 tiam illa amitteremus. Itaque dum oppugnat, melio-
 rem nostram effecit causam, & firmiorem. Vtinam id
 cedat ad Dei omnipotentis laudem, & gloriā, & ut Re-
 gulares omnes terrenis pospositis curis, & sollicitu-
 dinibus perfectioni tum animarum nostrarum, tum
 proximorū penitus vacemus, & incumbamus. Amen.

Doctor Iosephus Aldrete.
Societatis Iesu.

